UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum derisio sit peccatum mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

riali obiecto: & ideo ratione finis ſuſurratio eſt gra- F
uior, quamuis detractor quandoque peiora dicat.

Ad secvndvm dicendum, quòd fama eſt diſpoſitio ad amicitiam, & infamia ad inimicitiam. Diſpoſitio autem deficit ab eo, ad quod diſponit: & ideo ille qui operatur ad aliquod, quod eſt diſpoſitio ad inimicitiam, minus peccat, quàm ille qui directe operatur ad inimicitiam inducendam.

Ad tertivm dicendum, quòd ille qui detrahit fratri, in tantum videtur detrahere legi, inquantum contemnit præceptum de dilectione proximi. contra quod directius agit, qui amicitiam diſrumpere nititur. Vnde hoc peccatũ maxime contra Deũ eſt, quia Deus dilectio eſt, vt dicitur 1. Io. 4. & propter hoc dicitur Prouerb. 6. Sex ſunt quę odit Domin⁹; & ſeptimum deteſtatur anima eius: & hoc ſeptimũ ponit eum, qui ſeminat inter fratres diſcordiam. G

Qvaestio LXXV.

De Deriſione in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandũ eſt de deriſione.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primò, Vtrum deriſio ſit peccatum ſpeciale, diſtinctũ ab aliis peccatis, quibus per uerba nocumentum proximo infertur. H

¶ Secundò, vtrum deriſio ſit peccatum mortale.

Articvlvs primvs.

Vtrum dertſio ſit ſpeciale peccatnm, ab aliis præmiſſis diſtinctum.

Ad primvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ deriſio non ſit ſpeciale peccatum, ab aliis præmiſſis diſtinctum. Subſannatio. n. uidetur idem eſſe quod deriſio: ſed ſubſannatio ad contumeliã uidetur pertinere. ergo deriſio non uidetur diſtingui a contumelia. I

¶ 2 Præt. Nullus irridetur, niſi de aliquo turpi, ex quo homo erubeſcit: huiuſmodi autem ſunt peccata, quæ ſi manifeſte de aliquo dicuntur, pertinent ad contumeliã: ſi autem occulte, pertinent ad detractionem, ſiue ſuſurrationem. ergo deriſio non eſt uitium a prę- K
mis diſtinctum.

¶ 3 Præt. Huiuſmodi peccata diſtinguuntur ſecundum nocumẽta, quę proximo inferuntur: ſed per deriſionem non infertur aliud nocumentum proximo, q̃ in honore, uel fama, uel detrimento amicitię: ergo deriſio non eſt peccatum diſtinctum a præmiſſis.

Sed contra eſt, quod deriſio fit ludo, unde & illuſio nominatur: nullum aũt præmiſſorũ ludo agitur, ſed ſerio. ergo deriſio ab omnibus prædictis differt.

¶ *Super quæſt. ſeptuageſimęquintę articulum primum.*

In articulo vtroq; ſimul quæſtio. ſeptuageſimęquitæ nota primò, quòd aliũde habet irriſio diſtinctionem ab aliis peccatis verborum contra proximum, & aliunde habet grauitatem. Nã diſtinctionem habet a fine malo, ad quem directè tendit, ſcilicet ab erubeſcentia, & confuſione, quam intendit cauſare in proximo. Grauitatem verò habet a contemptu proximi maiore in modo iocoſo, quàm ſerio.

¶ Nota ſecũdo quòd irriſio Dei clauditur ſub blaſphemia, vt prædictum fuit, nec eſt peccatum ſpecie diſtinctum a blaſphemia, ſicut nec contumelia. Vnde Iſaias blaſphemos dixit irriſores Dei Iſrael. Et Lucæ 22. de irriſoribus Chriſti dicendo, Prophetiza nobis, quis eſt qui te percuſſit, dicitur. Et alia multa blaſphemantes dicebant in eum. Reſpectu autẽ proximorum diſtinguitur irriſio ab aliis peccatis dictis.

¶ Nota tertiò, quòd etiam irriſio fit dupliciter, ſcilicet materialiter, & formaliter, ſcilicet ex intentione irridendi, ut confundatur, & erubeſcat: vel præter hanc intentionem ludendo, ſeu loquendo talia, vnde poſſit ſequi erubeſcentia: & regulariter quando ſic fit, eſt veniale.

¶ *Super*

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſ[...]
* eſt, peccata uerborum præcipuè penſ[...]
intentionem proferentis: & ideo ſec[...]
ſa quæ quis intendit contra alium loque[...]
modi peccata diſtinguuntur. Sicut aute[...]
uitiando intendit conuitiati honorem [...]
& detrahendo diminuere famam, & ſuſ[...]
lere amicitiam: ita etiam irridendo aliq[...]
quòd ille qui irridetur, erubeſcat. Et q[...]
eſt diſtinctus ab aliis, ideo etiam pecca[...]
nis diſtinguitur a præmiſſis peccatis.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſ[...]
& irriſio conueniunt in fine, ſed differun[...]
quia irriſio fit ore, ideſt, uerbo & cachin[...]
tio autem naſo rugato, ut dicit gl. ſuper [...]
2. Qui habitat in cęlis, irridebit eos. Talis [...]
ferentia non diuerſificat ſpeciem: utrum[...]
differt a contumelia, ſicut erubeſcentia a[...]
tione. Eſt enim erubeſcentia timor dehon[...]
† ſicut Damaſc. dicit.

Ad secvndvm dicẽdum, ꝙ de ope[...]
ſo aliquis apud alios & reuerentiam mer[...]
mam, & apud ſeipſum bonæ conſcienti[...]
ſecundum illud 2. ad Corinth. 1. Gloria[...]
eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtrę. V[...]
ſo, de actu turpi, ideſt, uitioſo, apud alios [...]
litur hominis honor, & famæ & ad hoc [...]
ſus, & detractor turpia de alio dicunt. [...]
aũt per turpia, quæ dicũtur, aliquis perdi[...]
gloriã per quandã confuſionem, & erub[...]
& ad hoc turpia dicit deriſor. Et ſic pa[...]
cõicat cũ pręd ictis uitiis ĩ materia, differ[...]

Ad tertivm dicendum, ꝙ ſecurita[...]
& quies illius magnum bonum eſt, ſec[...]
Prou. 15. Secura mens quaſi iuge cõuiu[...]
qui conſcientiam alicuius inquietat co[...]
ſum, aliquod ſpeciale nocumentum ei [...]
deriſio eſt peccatum ſpeciale.

Articvlvs II.

Vtrum deriſio poſſit eſſe peccatum mort[...]

Ad secvndvm ſic proceditur. Vide[...]
deriſio non poſſit eſſe peccatũ mor[...]
ne enim peccatum mortale contrariatur [...]
ſed deriſio non uĩ contrariari charitati [...]
ludo q̃nque inter amicos, unde & deluſio [...]
tur. ergo deriſio non poteſt eſſe peccatum [...]
¶ 2 Pręt. Deriſio illa uidetur eſſe maxima, [...]
iniuriã Dei: ſed non omnis deriſio, quæ [...]
iuriam Dei, eſt peccatum mortale: alioqui[...]
que recidiuaret ĩ aliquod peccatum ueni[...]
pænituit, peccaret mortaliter. Dicit enim [...]
ꝙ irriſor eſt, & nõ pænitens, qui adhuc a[...]
nitet. Similiter & ſequeretur, quòd omn[...]
eſſet peccatũ mortale: quia, ſicut Greg. dic[...]
ral. Per ſtruthionem ſignificatur ſimulat[...]
det equum, ideſt, hominem iuſtum, & a[...]
id eſt, Deum. ergo deriſio nõ eſt pecca[...]
¶ 3 Præt. Contumelia, & detractio uide[...]
uiora peccata, quàm deriſio, quia maius [...]
liquid ſerio, quã ioco: ſed nõ oĩs detractio [...]
melia ẽ peccatũ mortale. ergo multo mi[...]

Sed contra eſt, quod dicitur Prou[...]
ridet illuſores: ſed deridere Dei, eſt ae[...]
re pro peccato mortali, ut patet per id q[...]
in Pſal. 2. Qui habitat in cælis, irridebit [...]
riſio eſt peccatum mortale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

A Responde o. Dicendum, quòd irriſio non ſit niſi de aliquo malo, vel defectu. Malum autem, ſi ſit magnum, non pro ludo accipitur, ſed serioſe. Vnde ſi in ludum, vel riſum vertatur, ex quo irriſionis vel illuſionis nomen ſumitur, hoc eſt quia accipit vt paruum. Poteſt autem aliquod malum accipi, vt paruum, dupliciter. Vno modo, ſecundum ſe: alio modo, ratione perſonæ. Cùm autem aliquis alteri⁹ perſonæ malum, vel defectum in ludum, vel riſum ponit, quia ſecundum ſe paruum malum eſt, eſt veniale, & leue peccatum ſ͠m ſuum genus. Cùm autē accipitur quaſi paruum ratione perſonæ, ſicut defectus puerorum, & ſtultorum parum ponderare B ſolemus, ſic aliquem illudere, vel irridere, eſt eum omnino paruipendere, & eum tam vilem æſtimare vt de eius malo non ſit curandum, ſed ſit quaſi pro ludo habendum: & ſic deriſio eſt peccatum mortale, & grauius quàm contumelia: quæ ſimiliter eſt in manifeſto, quia contumelioſus vr̃ accipere malum alterius ſerioſe, illuſor autem in ludum, & ita videt̃ eſſe maior contemptus & dehonoratio. Et ſ͠m hoc illuſio eſt graue peccatum, & tanto grauius, quantò maior reuerentia debetur perſonæ, quæ illuditur. Vnde grauiſſimum eſt irridere Deum, & ea quæ Dei ſunt, ſecundum illud Iſaiæ 37. Cui exprobraſti? & quem blaſphemaſti? & ſuper quem exaltaſti vocem tuam? & poſtea ſubditur. Ad ſanctum Iſrael. Deinde ſecundum locum tenet irriſio parentum: vnde dicitur Prouer. 30. Oculum, qui ſubſannat pa- C trem, & deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ. Deinde iuſtorum dreiſio grauis eſt, quia honor eſt virtutis præmium, & contra hoc dicitur Iob. 12. Deridetur iuſti ſimplicitas: quę quidem deriſio valde nociua eſt, quia per hoc homines à bene agendo impediuntur, ſecundum illud Grego. Qui in aliorũ actibus exoriri bona reſpiciunt, mox ea manu peſtiferæ exprobrationis euellunt.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ludus non importat aliquid contrarium charitati reſpectu ei⁹, cum quo luditur: poteſt tamen importare aliquid contrarium charitati reſpectu eius, de quo luditur, propter contemptum, ut dictum eſt.*

D Ad secvndvm dicendum, quòd ille qui recidiuat in peccatum de quo pœnituit, & ille qui ſimulat, non expreſſe Deum irridet, ſed quaſi interpretatiue, inquantum ſcilicet ad modum deridentis ſe habet. Nec tamen uenialiter peccando aliquis ſimpliciter recidiuat, uel ſimulat, ſed diſpoſitiue, uel interpretatiue.

Ad tertivm dicendum, quòd deriſio ſecũdum ſuam rationem, leuius aliquid eſt, quàm detractio, uel contumelia: quia non importat contemptum, ſed ludum. Quandoque tamen habet maiorem cõtemptum, quàm contumelia, vt ſupra dictum eſt,* & tunc eſt graue peccatum.

QVAESTIO LXXVI.

De maledictione in quatuor articulos diuiſa.

POſtea conſiderandum eſt de maledictione. Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶Primò, Vtrum licite poſſit aliquis maledicere homini.

¶Secũdò, Vtrũ licite poſſit aliqs maledicere irrationali creaturę.

A ¶Tertiò, Vtrum maledictio ſit peccatum mortale.

¶Quartò, De comparatione eius ad alia peccata.

Articvlvs primvs.

Vtrum liceat maledicere aliquem.

AD primvm ſic proceditur. Vr̃, ꝙ nõ liceat maledicere aliquem. Non eſt enim licitum prę- B terire mãdatũ Apoſtoli, in quo Chriſtus loquebatur, ut dr̃ 2. ad Corin. 13. ſed ipſe præcipit Rom. 12. Bñdicite, & nolite maledicere: ergo nõ licet aliquē maledicere.

¶2 Præte. Omnes tenentur Deũ benedicere, ſ͠m illud Dan. 3. Benedicite filij hominũ domino: ſed nõ pōt ex ore eodem procedere benedictio Dei, & maledictio hominis, ut probatur Iacob. 3. ergo nulli licet aliquem maledicere.

¶3 Præte. Ille ꝗ aliquē maledicit, vr̃ optare eius malum culpæ, uel pœnæ, quia maledictio videt̃ eſſe imprecatio quędã: ſed non licet C deſiderare malum alterius, quinimmo orare oportet pro omnibus, ut liberentur à malo: ergo nulli licet maledicere.

¶4 Præt. Diabolus ꝑ obſtinationē maxime ſubiectus eſt malitię: ſed nõ licet alicui maledicere diabolum, ſicut nec ſeipſum. dicit. n. Eccle. 21. Cùm maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animã ſuã: ergo multò minus licet maledicere hominem.

¶5 Præte Numer. 23. ſuper illud, Quõ maledicã, cui non maledi- D xit Dñs, dicit* gl. Non poteſt eſſe iuſta maledicendi cauſa, ubi pęccantis ignoratur affectus: ſed homo non poteſt ſcire affectum alterius hominis, nec etiam utrum ſit maledictus à Deo: ergo nulli licet aliquē hominē maledicere.

Sed contra eſt, qđ Deute. 27. dicitur. Maledictus, qui non permanet in ſermonibus legis hui⁹. Eliſęus ēt pueris ſibi illudētibus maledixit, ut habetur 4. Reg. 2.

Respon. Dicendũ, ꝙ maledicere idem eſt, quod malum dicere. Dicere autem tripliciter ſe habet ad id, quod dicitur. Vno modo, per modum enuntiationis, ſicut aliquid exprimitur modo indicatiuo, & ſic maledicere nihil aliud eſt, quàm malum alterius referre, quod pertinet ad detractionem: vnde quandoque maledici detractores dicuntur. Alio modo, dicere ſe habet ad id, quod dicitur per modum cauſæ: & hoc quidem primo, & principaliter competit Deo,

¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæſextę Articulũ primum.

IN q. 76. nota ex 1. articu. eiuſdem, quid ſit ꝓprie maledictio, ſ. dicere malũ inquantum malum, alicui ex intentione. Et ex hoc oritur, ꝙ maledictio, ſicut alia ſupradicta peccata, diſtinguitur in maledictionem formaliter, & materialiter: & quòd quandoque eſt peccatũ mortale, & qñq; ueniale. Nã maledictio formaliter eſt ex ſuo genere mortale, ut patet. Materialiter autem ſi ſit optatiue, nõ eſt mortale: ſi uerò fieret imperatiue, poſſet eſſe mortale. Et ratio diuerſitatis eſt, quia præter intẽtionem optatiue maledicẽs, nemĩnẽ lędit, ꝗa nec ex intẽtiõe, nec ex opere. Imperatiue aũt quandoq; lædit ex opere miniſtri obſequentis, ꝗ̃uis non ex propria intentione. Dixi autem, ex ſuo genere, quia propter imperfectionem actus, ſiue ex parte obiecti, vt ſi parum malum optet, uel imperet: ſiue ex parte operantis, vt ſi ex ira aut alia paſſione maledicat quàmuis affectu tendat in malum, ꝗa non ex conſenſu rationis in malum tendit, deficit à perfecta ratione peccati, ſicut in cæteris peccatis ex ſuo genere contigit, ac per hoc non eſt mortale, ut in articulo 3. dicitur. Et hinc patet, ꝙ maledictiones filiorum à parentibus, quę nõ tranſeunt guttur, nõ ſunt mortalia peccata. Diſcerne tñ hæc inter tempus paſſionis, & tempus quietis, ne fallaris. Et ſcito, ꝙ ex hoc, ꝙ maledicens poſt tranſactã paſſionẽ doleret, ſi eueniret malũ, qđ optauit, nõ propterea ſignum eſt, ꝙ fuerit peccatum ueniale maledictio, aut ꝙ non ex intẽtione maledixerit: quoniã ſi tampore iræ, aut alterius paſſionis tm̃ inualuit paſſio, ut portionẽ ſuperiorẽ ad conſenſum maledictionis flexerit, mortale pc̃tm̃ eſt: ſicut cũ paſſio cõcupiſcentiæ tãtum exardeſcit, ꝙ trahit ad cõſenſũ in actũ uenereũ. Oportet ergo ad ipſũ paſſionis tẽpus inſpicere, an tũc maledicẽs conſenſerit, hoc eſt, uoluiſſet ꝓ tunc, ꝙ ſic eſſet ut dicebat, an nõ. Hoc enim tempus infallibiliter oſtendit, an mortale, an ueniale fuerit. Tempus autē

4. di. 18. q. 2. art. 1. q. 2. ad 1. Et inf. q. 2. arti. 8. ad 10 & 15. Et Pſalm. 5. Et Ro. 11. & 12. c. lect. 3.

Eſt Origenis Hom. 15. in Nume. parum a medio. tom. 1.